



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De vsurario Metensi, cui mortuo crumena cum denarijs conseputa est,  
cap. 39.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

Christi fidelis prædictor, latus expirauit. APOLLO-  
NIVS: De confessione non dubito quin valde sit bona,  
secundum quod tertiae distinctionis plurima probant  
exempla. CÆSARIVS: De morte iustorum hæc  
dicta sufficient, de quibus etiam in superioribus  
multa exempla redundant, quæ recapitulare super-  
fædeo, quia ad mortes malorum festino. Quam misera-  
rè, quam horribiliter moriantur usurarij, auari, pe-  
cuniosi, dolosi, superbi, prædones, homicida, contem-  
tiosi, luxuriosi, vitijsque similibus subiecti, quæ Apo- **Gals.**  
stolus appellat opera carnis, quibusdam tibi pandam  
exemplis.

## CAPVT XXXIX.

**I**N ciuitate Metensi, sicut mihi narrauit Abbas **De mor-**  
quidam ordinis nostri, usurarius quidam defunctus **te malo-**  
est, auarus nimis: qui cum moriturus esset, suppli- **rum, &**  
cauit vxori suæ, ut crumenam denarijs refertam iuxta **primo v-**  
se poneret in sepulchrum. Quod cum illa fecisset, **surario-**  
quanto secretius potuisset, tamen latere non potuit. **rum.**  
Accedentes aliqui, sepulchrum latenter aperuerunt,  
& ecce duos ibi conspicantur butones, unum ex ore  
crumenæ, alterum in pectore: ille denarios ore de  
crumenæ extrahebat, iste suscipiens extractos cordi  
eius immittebat, ac si dicerent: Nos pecunia satiabi-  
mus cor tuū insatiabile. Quib⁹ visis, illi timore percul-  
si, terrā rejicientes fugerunt. Quid putas anima huius  
pati in inferno, à vermis immortalibus, si tā horrē-  
da in eius corpore demōstrata sunt in sepulchro? Non  
minus horrendum est quod sequitur.

## CAPVT XL.

**I**N villa Frechene, quæ ad unum miliare distat à  
Colonia, matrona quædam morabatur iutta no-  
mine, moribus quidem satis composita, sed usur-  
ria: de quo vitio cum saepius argueretur à Supprio-  
re nostro Gerlaco, qui tunc temporis ecclesiam  
iam dictæ villæ regebat, emendationem quidem pro-  
misit, sed non seruavit. Tandem in peccatis suis mor-  
tua est: & propter tumorem corporis, ne fæteret, po-  
sita est super terram. Et ecce, diabolus manus eius &  
**V V S** **bra chia**